

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Udrag fra Compendiosa regum Daniæ historia

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 21. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415585316624/facsimile.pdf> (tilgået 27. april 2024)

Anvendt udgave: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*

Regum Daniæ Historia 21

I ERICVS.

64. Rex Ericus Haraldī frater regnauit annis 14.
Huius temporibus, commisso prælio aduersum Guthormum fratrualem suum, periit omne semen regium
5 vsque ad vnicum Siuardi filium nomine Ericum Barnn, quo prælio vterque Ericus et Guthormus cum innumeris alijs interemptus est.

2 ERICVS Erick Barnn.

65. Rex Ericus Siuardi filius dictus Barnn. Hic
10 principio regni sui religiosissimum quemque aut supplicijs insequi aut rebus exuere exilioque multare perseuerauit. Sed paulo post prædicante Beato Ansgario Archiepiscopo Bremensi, sacrilegæ mentis errore deposito, Christianissimus euasit. Reg-
15 nauit annis, vt volunt quidam, quadraginta sex, et primus Ripis Basilicam extruxit. Huius temporibus erant principes homines crudelissimi, grassantes incredibili seuitia, non solum in Dania sed etiam in Anglia et Hibernia, omnes filij Regneri Lodbrogi,
20 quorum hæc sunt nomina: Ericus, Oruicus, Godefridus, Inguarus, Rotulphius, Sigfridus, Iuarus, Vbbo, Vlfo et Biorno. Isti fratres duce Inguaro, qui omnium fratrum fuit crudelissimus, primum Noruegiam sibi subiecerunt, deinde in Angliam venientes
25 duos reges occiderunt duosque fugarunt, postea Sanctus Emundus rex ab Inguaro captus, ligatus et flagellatus, nouissime vero decollatus est. Inde recedens diuisit classem cum alijs nouem regibus Aquilonis, ex quibus quosdam destinauit in Germaniam,
30 quosdam vero in Galliam, qui omnes fere vrbes

Regum Daniæ Historia

Galliæ et Germaniæ aut sibi subdederunt aut destruxerunt, templa cum clericis igne vastantes, omnemque populum sibi resistentem, cum mulieribus et pueris, in ore gladij trucidantes. Dum hæc aguntur, moritur Ericus Barnn, relicto vnico filio Lodneknud adhuc infante, quod audiens OLAVVS rex Sueciæ cum grandi exercitu Daniam inuasit, vicit et occupauit quinquennioque possedit factus rex 66.

3 SIVARDVS.

67. Rex Siuardus Olai nepos regnauit 10 annis, tandem a Danis interfectus.

1 LODNEKANVTVS

hirsutus pilosus.

68. Rex Lodneknutus Erics filius. Hic ex desperato pene adolescente auctor insperatæ probitatis euasit, hoc vno defendens, quod absque Christianæ religionis insignibus e vita ad mortem transitum habuit.

1 SVENO.

69. Rex Sueno Langfod Canuti filius regnauit 20 annis nouem.

6 FROTO.

70. Rex Froto Suenonis frater. Hic Angliam vicit, vbi et fidem Christi edoctus Christianissimus euasit. Volens igitur communem esse toti Daniæ hanc felicitatem, misso legato ad Agapitum secun-